



Reuerendi Patris P. Hieremiæ Drexelii e Societate Iesu Opera omnia

Duobus nunc Voluminibus comprehensa, & libellis ante hac non editis
aucta ; Illvstrata, Indicibvs Moralibus, Locorum S. Scripturæ, Capitalium
Mysteriorum fidei, Rerum, & Concionum quouis anni tempore habendarum
; Congestis Et Compositis Methodo prorsus, alijs Auctoribus inusitata ; Sed
Theologis ...

Drexel, Jeremias

Antverpiæ, 1643

38. Patientiæ specimen, typus, speculum, exemplar absolutissimum
Christus Dominus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77028](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-77028)

violaret, præsertim cum per morbum vel naturam, nec piscibus quidem vesci posset. Ovis igitur & iusculis contentus tantus princeps, omnem aliam autelautitiam mensâ suâ exclusit; voluitque non solum non aliis, sed nec sibi esse offensionem. Sic Ecclesiam matrem, se verò filium professus est, cuius scilicet esset, matris leges sanctissime potius servare, quam eas explicare in suum favorem. Ergo in lethali morbo ab omni pecude tam squamosâ quàm pilosâ constanter abstiniuit. Atque hoc primum: Alterum, in eodem morbo preces Canonicas nunquam omisit. Sed & illud in illo præclarum: Cum querela esset ad ipsum delata; feras lægetibus nocere: Bene est, inquit, facile huic incommodo medebor: malo ego ferinâ omni carere, quàm propter illam subditos in damno esse.

Ubi jam illi queruli agroti, sibi quæ tam indulgentes, qui cum non omnia ad nutum fluunt, calum terræ miscunt. Vel saltem purpuras sequantur, si nolunt centones. Mendiculos nudâ humo cubantes emulari renuunt: duces & principes in lætulis decumbentes imitentur. Lazari aut Laurentii exempla nimis antiqua sunt aut ardua? Tantorum præfulum recentissimis factis paria facere conentur. Nimis ignavi militis est, non tantum non commilitonis, sed nec ducis exemplo moveri.

Ignavi militis est, ducis exemplo non moveri.

§. 27. Patientie specimen, Rex Maximus.

Bono animo nulli cruciatus corporis sunt extimefcendi, ac ne mors quidem. Cur hanc vel illos metimendum præter peccatum. Mortem desiderant boni, ut portum naufragii, ut finem dolorum, ut belli diuturni ac periculoli lauream; sciunt se probari hac ratione, non damnari.

Philippus II. Hispaniarum Rex, grande posteris exemplum, tam iniquâ valetudine confectus est, ut omne genus deterrimorum morborum in eum unum conjurasse videri potuerit: totius corporis doloribus gravissimè oppressus jacebat, quid nisi spirans cadaver. Dixisset hunc Principem Regemque maximum, Calamitatis trutinam & Morborum tabernam congruè vocari. Morbi, quibus simul eodemque tempore conflictabatur, hi præcipue numerantur. 1. Arthritis, seu morbus articularis. 2. Manuum pedumque ulcera. 3. Apostema genu & dextri musculi. 4. Febris continua. 5. Hydrops, & sitis perpetua, maxima. 6. Febris Tertianæ. 7. Dysenteria. 8. Insomnia. 9. Accessit, quod nullam in partem moveri potuerit. Horum morborum parè singuli satis fuerint ad cruciatus & mortem inferendam: quid non fecerit omnium simul incurtus? Sed ille animo, quo valebat, generosissimo, & verè Christianâ patientiâ, hos omnes morborum impetus sustinebat, tantò sanior ac vegetior mente, quantò minus corpore, illusterrimum prorsus patientiæ Christianæ speculum. Hoc Philippus à Jobo didicit, magno illo in cetrâ Huius principis, quem tot abacti greges, tot ademptæ opes, tot ruinâ oppressorum pignorum inopinatus interitus, statu movere non potuerunt. Nudum ipsa nuditas, miserum ipsa miseria quasi oblectabant. Nudum se ingressum, nudum egressum canebat, & tanquam pro beneficiis Deo gratias agebat, & laudes psallebat: Dominus dedit, Dominus abstulit, sit nomen Domini benedictum. Non illum criminationes amicorum, non aliorum contemptus, non uxoris blasphemia irritio, & acerbissima insultatio vincebat: hanc increpabat, illos refellebat, omnes monebat: diceres etiamnum in throno sedere regnantem. Plagâ pessimâ totum corpus percussum scatebat ulceribus, sanies defluebat, omnibus membris velut cavernulis erodentes vermiculi erumpébant, vivum erat cadaver: his cruciatibus nec tantillum frangebatur: saniem velut otiosus sui spectator testa radebat; putredinem fororis, vermium agmina fratrum loco amplexabatur;

Homini nil timendum præter peccatum.

Describit hoc Cervaera Turrianus de felici excessu Philip. II. Hispaniarum regis. Idioma te Hisp. Franciscus Guillimanus Latino. Morbi quibus confectabatur Philippus II. Rex Hispan. Ejus patientia.

& (Tertullianum agnosce) erumpentes bestiolas in eisdem specus & patus foraminosa carnis revocabat. Unde multis hic ahenus, & robur triplex circa pectus tam calamitosum? Quia nihil sibi malè conscium erat, nullis culpis pallecebat. Fortunæ illud regnum diabolus abstulerat; proprium animæ patientis & equæ imperium nec abstulerat Jobo, nec ulli nostrum potest auferre. Vis videre & audire Jobo potentior? Attende, nam & ipse attentionem postulat.

§. 38. Patientie specimen, typus, speculum, exemplar absolutissimum, Christus Dominus.

Ovos omnes qui transitis per viam, attendite & videte, Thren. c. 1. si est dolor sicut dolor meus: ad te Christus de cruce vers. 12. clamat. Per viam hanc Calvarie transis, cum adversa Dolores pateris, sed transis tantum, quia dolores tui quicumque, nostri ad hoc dolorum æstuarium ac pelagus nihil sunt, doloris imagines sunt. Titus crucifixi verus est dolor, in quo toto nihil est quod dolore sit liberum. Ossa, nervi, venæ, sunt doloris & si quid horum à flagris & spinis illæsum, per funium ris. ultimam extensionem, immaniter jam cruciatur. Nec est qui hæc tormenta tanta vel verbulo molliat. Amici plorantes (& quot eorum?) nil profunt; fugitivi discipuli deserunt; insultantes inimici affligunt, & quem antea clavis, jam probis & linguâ configunt. Sed nec afflictiissima mater juvare potest. Ipse Pater iratus derelinquit in tormentis filium; cuius oculi spuris, rabo, lacrymis pleni nil nisi lacrymantem matrem & triumphantes hostes aspiciunt; aures contumelias saturæ nil nisi sarcasmos & blasphemias audiunt; lingua felle corrupta, siri exusta, frigidam rogat, nec impetrat; nares cadaverosus factor ad extremum usque halitum cruciat; flagella & vepres recentissimos etiamnum rivulos sanguinis protrudunt; membrorum compagine luxata ossa numerari cupiunt; purpurati clavi dimissuros se negant nisi mortuum. Quidquid designes toto corpore, certum cruciatum ostendis; animum extremè afflictum omne solamen destituit. Et tamen in tantis suppliciis Christus in non questus, non indignatus, nulli malè imprecatus, supplicii imò veniam deprecatus est omnibus; quot injurias. Attendite jam & vide, si sit dolor tuus, sicut dolor tui Domini, tui Servatoris. Christum non amas, si pati reculas.

§. 39. Panoplia agroti Patientia.

Interrogatus Demosthenes, quid in eloquentiâ judicaret præcipuum, respondit: Actio. Roganti, quid proximum? respondit: Actio. Roganti, quid tertium? Nil aliud respondit, quàm Actio. Ita primum premium actioni; sed & alterum ac tertium eidem attribuit. Si Egrotos quærat, quid agrotos maxime sit necessarium? optimè necessaria responderit qui dixerit, Patientia. Si denuo quærat, quid utilissimum agrotis? Idem quod ante respondendum: Patientia. Iterum quærenti quid decentissimum in morbo? Hoc ipsum repetendum: Patientia. Una sibi Patientia triplex hic premium deposcit: uni eisdemque prima, & altera, tertiæque est assignanda laurea. Hoc ori divino credamus. In patientiâ vestra possidebitis animas vers. 19. vestras. Nec aliter Paulus: Patientia, inquit, vobis necessaria est, ut voluntatem Dei facientes reportetis promissionem. Ecce vers. 36. quid tibi vis & impatiens? Quoniam per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei. Quo pungeris, inde nascitur rosa quâ coroneris. Veritas proclamat: Qui non bajulat crucem suam & venit post me, non potest meus esse discipulus. Igitur Augustini consilium admitte, & Patere quod non vis, ut assequaris quod vis. Hoc ipsum Salo-Psal. 79. mon inculcat: Disciplinam Domini, fili mi, ne abjicias: nec Prov. c. 3. deficias cum ab eo corripieris, quem enim diligit Dominus, corripit: & quasi in silio complacet sibi.

A Tutelari tuo Angelo idem tibi quod Tobia dicitur Tob. c. 12. Cum crede: Quia acceptus eras Deo, ideo necesse fuit, ut tentaretur. ratio